

Sophon.

eius, potentes virtute facientes verbum illius. Ex quo inquit Sophronius Archiep. Ierosol. orat. de Angelorum excellentia. Angeli rerum diuinarum sunt interpretes, & custodes, & praesides, & censeruatores, & conductores, & via duces, & curatores & illuminatores.

116. Nostri operatio exigitur, ut Angeli nos adiuent.

Tamen ut sanctorum Angelorum patrocinia, ac custodiam promereamur, nostrum studium, ac cooperatio exigitur. Valde timidus extabat Israel iuxta mare rubrum, cum vidisset venientes contra se Aegyptios. Ex diuino afflatu ait illis Moyses: Dominus pugnat pro vobis, & tacebitis. Exod. 14. num. 15. Non patitur Deus, quempiam Hebraeorum aliquid in hac re moliri, sed totam integram rem sibi absoluendam referuat; & tantum disponit, ut Hebraei tanquam spectatores adsint. At vero postquam recesserunt ab Aegypto, caelesti cibo iam pasti, cum bellum instat aduersus Amalech, in-clamat Angelus, qui Dei iussu populum ductitabat: Dixit Moyses ad Iosue: elige viros, & egressus pugna contra Amalech, Exod. 17. num. 9. Non iam spectatores belli inquiruntur, sed milites, qui educentes gladios pugnent, ac armata manu cum hostibus decerent. Cur non deuantantur Amalechitae, sicut Aegyptij? Cum egreditur Israel de Aegypto, erant Hebraei, tanquam paruuli sub pueritia sua; & ideo totam rem Angelus exequabatur; at vero iam decursu temporis cum processissent, ac tanquam maiores facti, eorum opera, ac concertatio mandatur interponi. Origenes homil. 6. in Iudices: Initus nostris, ait, a principibus Angelis adiutamur, ceterum processu temporis oportet nos exire armatos ad praelia.

Exod. 14.

Exod. 17.

Origenes.

QUESTIO XVII.

Quare, cum Angeli patroni adsint in terris homines custodientes, dicuntur in caelis videre faciem Patris?

117. Difficultas quaestio.

ANGELI nostri tutelares in terris adsunt custodientes homines, sibi ex diuina dispensatione commissos: quomodo ergo dicitur, quod semper in caelis vident faciem Patris? Nunquid Angeli simul sunt in terris, & in caelis: non enim adeo amplificata videtur praesentia An-geli, ut simul duo naturaliter occupet loca: si ergo pro hominibus defendendis adsint in terris; quomodo semper vident in caelis?

118.

Solutio patet ex dictis in expositione. Angeli beati, ac caelestes spiritus, quocumque loco sint, Dei praesentia delectantur, cum Deus omnem locum repleat, & in omni loco adsit. Dicuntur autem in caelis, quia vbi Deus se manifestat, caelum frequenter nuncupatur. Seu, ut ait Albertus Magnus. In caelis, hoc est in caelestibus per contemplationem: exeuntes enim, quocumque currant per ministerium, semper tamen assistunt intimis per contemplationem. Ego sum Raphael vnus ex septem, qui astans ante Deum, Tob. 12. num. 5.

Alb. Magn. Angeli in caelo per contemplationem. Tob. 2.

119. Angeli nostrae custodia eliciantur.

Tertio, & moralissime. Tanto enim Angeli paruulorum, id est simplicium, ac humilium custodia deliciantur, ut ipsam custodiam quasi caelum reputent, ex ipsaque semper vclut in caelum ascendant, humilium, ac simplicium vota coram Deo deferentes. D. Sophronius Ierosol. Archiepif. lib. de excellentia Angelor. Vos estis, ait, qui caelum cursu expeditissimo transmittitis, qui motu celerissimo, incitavissimo, per aera discursuris, hominum negotia agentes.

Sophon.

Profectus Iacob e domo patris sui, cum obdormisset vidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens caelum, Angelos quoque ascendentes & descendentes per eam, Gen. 28. n. 12. Si Angeli ascendebant, quomodo & descendebant? Ad quid huiusmodi cursus futurum, & deorsum; in caelum, & in terram: Conscendebant praeter Dei amore, ut eius maiestatem contemplerentur, & nostra vota ei auferrent: descendebant vero affectu erga nos compassionis. D. Gregor. Magn. lib. 5. moral. Angelos ascendentes, ait, cernere est, superna patria contemplationi, vel quanto amore auctori suo semetipsum transcendendo inhaerent; vel quanta compassione charitatis infirmitatibus nostris condescendant. Caietanus; In ea, inquit, nempe scala con-stitue Angeli ascendunt a nobis, referenda nostra in Deum, & descendunt ad nos, asserendo diuina nobis. Immortales gratias sanctis Angelis referamus: ascendunt, ut deferant preces nostras ad Deum, & descendunt, ut consulant bono nostro, ad nosque Dei bona adducant.

120.

Gen. 28.

Greg. Magn.

Caietan.

Angeli nostras preces Deo deferunt.

121.

Angeli nostra bona suas reputant utilitates.

Chrysof.

122.

Gen. 18.

August. Rupertus. Algerus. Angeli prope nos ad auxiliandum.

123.

Matth. 26.

Hieron. Hilar.

Marc. 14.

Hilar.

Post beatifici obiecti fruitionem nil gratius, quam sanctorum Angelorum societas. Cur ergo Angeli ob Iacob, angelicos spiritus relinquentes in caelo, ad terram sic conuolant, ut eum aliqua consolatione dignarentur? Sic Angeli nostro bono sunt intenti, de eoque solliciti; ut suum commodum nostro solamini postponent, nostramque utilitatem maxime suam reputent. D. Chrysofomus serm. de Ascensione. Nostra bona, ait, Angeli suas utilitates arbitrantur.

Stans Abraham ad ostium tabernaculi, ut peregrinos exciperet, Cumq; eleuasset oculos apparuerunt ei tres viri stantes prope eum, Gen. 18. n. 2. Si Abrahamus stabat, ut videns venientes peregrinos in domum suam introduceret, cur eos vidit non a longe, sed prope se? Tres viri illi sancti erant Angeli, ut est sententia D. August. Rupertus, D. Algeri, & aliorum, qui ad Patriarcham veniebant, ut eum, ac domum eius multis donis replerent; inde non a longe, sed prope videntur: Angeli enim sancti, ut beneficia nobis conferant, semper sunt prope, & nunquam a longe.

Perpende, quantum nobis prosit Angelorum patrocinium. Cum esset Christus in Horto, maximo mceore efficitur, ut ipse ad Discipulos suos dicat: Tristis est anima mea usque ad mortem, Matth. 26. Tristabatur Dominus, non propter se, sed propter Discipulos, ut inquit D. Hieronymus ibi, & D. Hilar. citandus, propter nempe scandalum, & perturbationem Apostolorum. Quibus ipse dixerat: Omnes vos scandalum patiemini in me in nocte ista. Tunc progressus orat ipse, surgensque ab oratione, cum venisset ad Discipulos suos, inuenissetque eos dormientes, ait: Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem, Matth. 26. n. 41. Mandat vigilare aduersus tartareas potestates, quae maxime eis insidiabantur. Iterum orauit secundo; & reuersus ad Discipulos, cum eos inuenisset dormientes, salutem praesentia sua reprehendit eos, quod ipso vigilante, illi dormirent. Marc. 14. num. 40. Orat tandem tertio Dominus; apparet Angelus de caelo confortans eum. Tunc facta hac tertia oratione, scribit D. Matth. cit. cap. 26. n. 45. Ait illis Dominus: Dormite iam, & requiescite. Cur qui modo mandabat vigilare, & orare, iam ad requiem, & dormitionem exhortatur? Praclare D. Hilarius lib. 10. de Trinit. expendens, quod post multam Domini precem Angelus assistit confortans eum, sic ait: Misso enim ad Apostolorum tuitionem Angelo,



CAPVT XI.

Fraternal correptio.

Matth. 18. Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum: si te audierit lucratus eris fratrem tuum.

VERSIONES.

Syriacus. Si vero errauerit in te frater tuus; ito, argue eum. S. Pacian. Ep. 3. Si peccauerit in te frater tuus; vade, & corripe eum solus cum solo. Vatablus. Abi, redargue eum solus ipse solum.

ALTER TEXTVS.

Luca 17. n. 3. Attendite vobis: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum; & si penitentiam egerit, dimitte illi.

EXPOSITIO I.

VPRA, ut recte notarunt D. Chrysofomus homil. 61. Euthymius, & Abulensis q. 76. egit Dominus de scandalizatoribus, seu scandala inferentibus: Va homini illi, per quem scandalum venit. Matth. 18. num. 7. Nunc agit de scandalizatis, seu scandala patientibus; ne scandalizatores per superbiam, & contemptum, quo erga alios efferuntur, obdormientes in suis vitiis pereant; & ne scandalizati per negligentiam, ac defectum Charitatis delinquant; sicque eos admonet, ut de peccatis fratris salute curent. Ante exhortationem Dominus posuit documentum sub similitudine pastoris, deperditam ouem quaerentis, num. 12. ut mandatum facile redderet; cum enim princeps praecedit, valde prompte alios suo exemplo allicit, & attrahit. De hac autem parabola commodius infra c. 26. Ex quo instrueris, quod vnusquisque in suo ordine inuigilet; peccator vt surgat; Iustus vt aliorum miseris consulendo compatiatur.

126. Chrysof. Euthym. Abulens. Matth. 18.

Cum princeps praecedit, facile sequuntur alij.

D. Lucas ait: Attendite vobis; quod Dominus dixit, ut hanc doctrinam maxime commendaret, simulque inculcetet, quod in eo, in quo aliis attendimus, nobis consulimus. Si peccauerit. Syriac. Si errauerit, iniurioso scilicet verbo, facto, aut malo exemplo; siue per ignorantiam, siue errorem. In te. Aliqui sic exposuerunt, te sciente. Christus tamen absolute loquitur, vt interpretantur D. Hil. Chrysofom. August. serm. 16. de verbis Domini; D. Pasch. D. Thom. de eo qui nos offendit, ac laedit quocumque modo. Ad hoc tendit interrogatio Petri infra posita: Quoties peccabit in me frater meus, dimittam ei? & apposta parabola a Christo de oue perditam, frater tuus, id est Christianus, vt interpretantur Euthym. Theophylact. Albertus Magnus, Carthusianus, & patet ex versu 17. Dic Ecclesie; & si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus. Ethnicum enim, & publicanum

127.

Syriacus.

Hilar. Chrysof. August. Paschaf. D. Thom.

Euthym. Theophyl. Alb. Magnus. Carthusian.

Sub Angeli tutela mandat Dominus Discipulos dormire, ut securos ab omni malo.

124. Gratificandus Angelo pro nostra custodia. Gen. 48.

Caietan.

125.

Gen. 19.

Carthusian.

Angeli maxime grati nostris obsequijs.

per eum confortato Domino, ne pro his tristis esset, iam sine tristitia metu existens ait: Dormite iam, & requiescite. Attente pensata verba, quae post pauca subiicit S. Pater. Non ex nihilo dormientium adhortatio subsecuta est, nisi quod, cum absuimus ab his esset, & indulti Angeli confortatus auxilio, securitate custodia custodiendos permittebat in somnum. In tertia oratione venit Angelus confortans eum, proponens Discipulorum trophaea, misso ipso ad Apostolorum tuitionem. Tunc ait illis Christus: Dormite iam, & requiescite. Quandi ipsi, vt Apostoli, ac Discipuli, sub Domini, disciplina, ac cura debebant, pro eorum salute omnium Saluator maxime auxiliabatur. At vero, cum iam sub Angeli tutela apparent, tunc Christus ad honorandos sanctos Apostolos, adque significandum, quantum eorum patrocinia nobis profint, ait illis: Dormite iam, & requiescite. Cum enim illi Angelorum tutela communiti existerent, iam nulla aduersus eos tartarea potestas praualitura, nullumque impendens malum illis formidandum esset; inde tanquam ab omnibus custoditi obdormire mandantur. Securitate custodia custodiendos permittebat in somnum.

Pro beneficiis nobis collatis primo debemus gratias agere Deo, a quo vt ab vniuersali Auctore omnia bona in nos diffunduntur; deinde Angelo nostro custodi, a quo ministrantur. Sic faciebat Iacob. Benedicturus nepotibus suis inquit: Deus, qui pascit me ab adolescentia mea usque in praesentem diem. Angelus, qui eruit me de cunctis malis. Gen. 48. num. 16. Referens gratias pro beneficiis sibi concessis, primo ea recognoscit accepta a Deo, deinde ab Angelo suo, vt Domini ministro. Ponderat Caietanus, quod iuxta Hebraeos, habetur praesentis temporis ad significandum perseverantiam Angelica custodia vltur praesentis tempore. Tutela Angeli pro nobis pro omni tempore est durans, & perseverans.

Ad hoc autem maxime allicere nos debet ipsorum sanctorum Angelorum benignitas, qui summopere nobis rependunt ea, quae in illorum obsequio praestamus. Veniunt duo Angeli Sodomae, habentes in commissione, vt Lot cum tota familia sua ab incendio incolumes praeruerent, sicque ei dicunt: Habes hic quempiam tuorum generum, aut filios, aut filias, & omnes, qui tui sunt, educ de urbe hac, delebimus enim locum istum. Gen. 19. num. 12. Postea vero, cum egredereur Lot, postulat ipse ab Angelo pro Segor. Cui Angelus ait: Etiam in hoc suscipi preces tuas, vt non subuerterem urbem, pro qua locutus es. Angelus enim, audita oratione Lot, eam Omnipotenti Deo obtulit, ex cuius inspiratione, vt ait Carthusianus, ciuitatem illam ei concessit Angelus. Nonne fat erat, vt Angelus seruaret Lot cum tota sua familia, vt ei erat mandatum? ad quid vltra pro Segor postulat, vt experts ab incendio in mansionem tribuatur Lot? Quando Angeli accesserunt Sodomae, recepit eos Lot hospitio cum multa festiuitate, & applausu, fecitq; eis conuiuium, & coxit aeterna, & comederunt. Indeq; Angeli ex gratitudine hospitalitatis astricti, non solum Lot, & famuliam suam seruare curant, sed etiam ciuitatem, quam vir bonus desiderauerat, ex Dei benignitate precibus impetrant, ac obinent.

Sylueira in Euang. Tom. IV.



fratri opponit. Ecclesia enim non iudicat de iis, quæ foris sunt. 1. ad Corinth. 15. n. 12. Non dixit, si peccauerit homo, vel proximus, vel frater vester, sed frater tuus, vt teste D. Paschasio lib. 8. in Mart. erga illum charitatem commendaret, innueretque, quanta benignitate ac mansuetudine eum prosequi debeamus, ac si tibi tantum esset frater vnicus.

3. Vade, non solum animi affectu, sed etiam motu progressu corporis, Corripe eum. D. Chrysofostomus homil. 61. Non dicit, increpa, neque vindictas expete, neque accusa. Non enim frater debet fratrem accusare. Theophylactus. Non dixit, conuincere, sed argue, Charitatiue, modestis verbis. Inter te, & ipsum solum. Secreta admonitio studet emendationi, & parcat pudori. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Cum illius saluti incumbis, tuum lucrum facis. Caietan. Vt fratris salutem, tuum lucrum astimes, & non secus quam tuum lucrum inquiras. Deinde superiori antecedenti versu 14. quos puillos vocauit, Vt peccat vnus de puillis istis, nunc eos fratres nuncupat: virtus non est rusticana, sed valde vrbana, & omnes condecorat.

QUESTIO I.

Quare dicitur: Si peccauerit in te frater tuus: cum de omni peccato, siue contra te immediate, siue non, exponendus sit textus?

4. GRAVES Patres hoc Christi præceptum de peccato, quod contra singulos fit & singulis iniuriosum, intelligunt, vt cum me contumelia aliquis affecerit, ego illum corripiam. Ita D. Chrysofostomus, D. Hieronymus in præsentia, D. Hilarius Cantic. 17. D. Ambrosius in cap. 17. Luc. D. Augustinus serm. 16. de verbis Domini; Qui sic ait: Peccauit in te frater tuus: sed si tu solus nosti, tunc verè in te solum peccauit: nam si multis audientibus tibi fecit iniuriam, & in illos peccauit, quos testes sua iniquitatis fecit; ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus; ipsa corripienda sunt secretius, quæ peccantur secretius. In eadem sententia sunt Euthymius, Beda, & alij. Ac si dicant S. Pater, Vis scire, quando aliquis te vnum, vel plures offendit? Quando iniuria est irrogata in te, te solo agnoscente, te vnum læsit. Peccauit in te frater tuus: sed si tu solus nosti, tunc verè in te solum peccauit: At verò, si frater peccauit in te aliis spectantibus; ipsa audita, oculatæque iniuria in te propagatur, vt alios offendat, & lædat: quilibet enim proximi iniuriam, vt suam propriam reputet, & æstimet. Nam si multis audientibus tibi fecit iniuriam, & in illos peccauit.

5. Tamen communis Scholasticorum sententia de quocumque peccato præceptum exponit, siue sit contra me, siue non sit contra me immediate. Ita Valentia tom. 3. disp. 3. quæstion. 10. punct. 2. Bañes 2. 2. q. 33. art. 3. dub. 1. & 3. & Suarez tom. de fide tractat. 3. disp. 8. de Præcepto correpti sect. 2. num. 2. Malderus 2. 2. quæst. 33. art. 2. dub. 1. Beccanus 2. 2. cap. 21. num. 25. Hæc interpretatio optime deducitur ex Christi Domini mente. Non enim exposuit præceptum hoc, vt quis amoueat

1. Corint. 15. Paschal. Chrysof. Theophyl. Fratris salus lucrum quærentis. Caietan. Chrysof. Hieron. Hilar. Ambros. August. Euthym. Beda. Quilibet proximi iniuria, vt suam reputet. De omni peccato præceptum intelligitur. Valent. Bañes. Suarez. Malderus. Beccanus.

à se propriam iniuriam; sed vt lucretur fratrem; qui finis locum habet in omni peccato; omne enim mortale peccatum tollit vitam spiritualem proximi; ergo de se sufficientem inducit necessitatem, vt lucremur illum, eumque corripiamus.

Deinde quod omne peccatum sit contra te, hoc etiam discursu ostendo. Si quis contra Deum peccat, contra te etiam peccat. Deum teneris diligere supra omnia, & supra te ipsum. Præterea si quis lædit tuum parentem, te lædit; quanto magis, qui Deum optimum omnium parentem offendit, te ipsum offendit. Si quis contra proximum peccat, quem sicut te ipsum teneris diligere, in te etiam peccat; damnus enim proximi, vt tuum pensitare debes, vt ex D. Augustino dixi ad initium quæstionis. Si quis contra Prælaturam delinquit, offensam infert subditis. Non, vt ait D. Paschasius lib. 8. in Matth; maiorum iniuria, minorum est opprobrium. Si quis verò inferioribus grauatur, de eo ait Eusebius Gallicanus homil. in feria 3. post Dom. 3. Quadrages. Peccat in pastores, qui omnes affligit: peccat in episcopum, qui populo sibi commissio iniuriam facit. Bonus præsul suorum damnus, vt proprium pensitat.

Christus Dominus tamen meminit expresse peccati contra nos admissi, si peccauerit in te, vt vindicta, ac odio fratrum iniiceret. Nam, vt ait D. Hieronymus in præsentia & nos in Dei iniuria benigni sumus, in nostris contumelias exercemus odia. Illorumque loco surrogantur Christi charitatem, ex eaque fraternam correptionem. Secundò. Quamuis quodcumque peccatum intelligatur, tamen omnium Saluator dixit, si peccauerit in te, vt hac doctrina nobis declararet, quod nimirum, quodcumque peccatum fuerit, vniuersis nocet cunctisque exitiale est Abulen. 84. Quicumque peccat, ait, coram nobis, vel nobis scientibus, malum nobis infert, scilicet scandalizat nos, quantum in se est, & istud est graue malum.

Nigra sum, sed formosa, filia Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Cantic. 1. numer. 5. Vt explicant Origenes, Theodoretus, Calliodorus, D. Gregorius, Rupertus, D. Bernardus, D. Anselmus, & alij, Nigra sum, sicut tabernacula Cedar, id est Arabum. Cedar fuit filius Ismaelis, & pater Arabum; formosa, sicut pelles, seu pellium tabernacula Salomonis, quæ auro, & gemmis, ac magnis picturis erant exornata. Valde mirum, quod cum esset tam formosa, & decora, obfuscationem extraxerit; de quo trito colore ipsa conqueritur, nigra sum. Sed vnde illi huiusmodi labes obuenit, ipsa insinuat sequentibus. Filij matris meæ pugnaverunt contra me, id est heretici, & peccatores, cum quibus in domestica pugna versabatur. Quamuis Sponsa esset in castris indieto bello cum eis decertans; tamen ex eorum nigredine aliqualem nigredinis faciem leuiter ipsa passa est. D. Gregorius Nyssenus Orat. 4. Nigra, ait, propter prauitatis commercium reddita est. Et D. Paulin. Epist. 4. ad Seuerum. Anima, ait, nigra vero iam, non de peccato, vt puto, magisq; adhuc, vel de inhabitatione corporea, vel de exercitationis interne quasi bellico puluere nigrauit.

De Diabolo, seu de Antichristo, vt est sententia S. Odonis, loquens Iob ait: Cum subleuatus fuerit timebunt Angeli, & territi purgabuntur. Iob. 41. num. 16. Et quomodo, in Angelis nihil purgandum relictum est: Per Angelos intelliguntur prædicatores

9. Prælati iniuriam approbrium est subditorum. Paschal. Euseb. Gall. Superior subditorum damnus, vt suum astimes. Plus dolent homines de iniuria contra se, quam contra Deum Hieron. Peccatum cuiusque omnibus nocet. Abulen. 8. Cantic. 1. Origenes. Theodoret. Calliodot. Bernat. Rupertus. Anselm. Etiam ex pugna cum iniquis aliquando nigredo. Nyssen. Paulin. Iob 41.

Malach. 2. Ex iniquorum assistentia macula in alios. S. Odo. catores, & doctores sancti, annuntiantes Evangelicam doctrinam; qui, cum Angelicam vitam æmulentur, Angeli dicuntur Malach. 2. num. 7. Sed si sunt veluti Angeli in vita, quomodo quando Antichristus subleuatus fuerit, timebunt, & territi purgabuntur? Et si Angeli in vita, ac moribus, tamen ex contractu, ac assistentia ministrorum Antichristi aliquales maculas contraxerunt, à quibus agnita Antichristi morte, timore diuinæ iustitiæ concepto purgabuntur. S. Odo Abbas Cluniacensis lib. 34. in Iob. Prædicatores sancti, inquit, territi purgantur, quia si qua eis inesse potuit leuissimum rubigo vitiorum, hoc pauore excoquitur.

QUESTIO II.

Quare non solum præcipit Dominus, vt peccantem fratrem corripiam, sed etiam vt ego ad illum vadam?

10. Difficultas quæstionis. Caictan. AIT Dominus in præsentia: Vade, & corripe eum. Dicit tamen aliquis: Cur ego, qui offensus sum, vadam? Cur ille non veniat ad me, qui in me peccauit, mihi que iniuriam intulit; sat enim est, si venientem ignoscam, benignè que eum recipiam. Cur ego vadam? Imò, vt ait Caietanus, Non expectes, vt veniat ad petendam veniam à te, aut vt prius ipse veniat ad te, aut obuiet tibi, sed tu vade.

11. Chrysof. Respondet primò D. Chrysofostomus homil. 61. Nam cum ille, scilicet qui te offendit, partim ira, partim rubore, quasi vino sopitus, non videat, opus est, vt tu, qui recte valeas, ad agrotum proficiscaris, & priuato quodam iudicio constituto remedium facilius inferas. Ille, qui in te peccauit, ex ira, ex fuoque proprio peccato infirmus, & cæcus est, quasi vino sopitus non videat; ex pudore etiam verecundatur, vt ad te veniat, vt loquitur D. Antonius Vlyssipponensis serm. in fer. 3. post Dom. 3. Quadrages. Cum ergo his detineatur, tu, cum recte valeas, ad agrotum proficiscaris, in tantquam medicus illius saluti consulas, non enim agro, sed medico dicitur, Vade; ergo, cum tu sis rectè valens, & tanquam medicus, ex tua bona valetudine, ac arte teneris, vt illius salutis negotium agas, ad eumque vadas.

12. Alb. Magn. Secundò. Albertus Magnus. Vade, inquit, duobus pedibus, compassionis, & charitatis. Ad fratrem, qui te offendit, accede, non tantum mente, sed etiam gressu corporis, quo compassionem, ac charitate moueris; compassionem de illius miseria; charitate verò illius salutis, & quamuis sis offensus, ac magna dignitate præcellas, ad illum vade, nam charitatis, ac pietatis affectus, non de præ- eminentia, ac excellentia curant; sed tantum de lucro, ac remedio fratris sunt solliciti.

13. Hugo. Tertio. Cardinalis Hugo. Vade, non solum per scriptum corripe. Quin (vt dicit Hieronymus) nescio, quid latentis energie vna vocis actus habet. Energia est vis, efficacia, effectus. Qui timent te, videbunt me, & letabuntur. Psalm. 118. num. 74. D. Ambrosius ibi. Plerisque, ait, iusti aspectus admonitio correptionis est; perfectionibus letitia est.

14. Duo valde præclare docet Hugo. Et ab hoc secundo incipiamus. Vade, ait Dominus, quia sancti præsentia stimulus correptionis est. Tripliter meus Iesus orauit in Horto. Et surgens à Syluicia in Euang. Tom. IV.

prima oratione, cum inuenisset suos Discipulos, dormientes, ait illis: Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Marc. 14. num. 38. Postea, cum secundo orasset, reuersus ad Discipulos suos, Denno inuenit eos dormientes, erant enim oculi eorum grauati, & ignorabant, quid responderent ei. Marc. 14. num. 40. Cum secundo nunc Dominus venit ad Discipulos, nihil eis dixit, vt tenent ibi Barradas, & alij expositores. Quænam igitur respondendi erat necessitas; & quid eos ad hoc cogebat, vt dicat Euangelista, quod ignorabant, quid responderent? cum omnium Saluator nihil eis dixisset: Ipsa Saluatoris præsentia cum tanta oratione, ac vigilantia loquebatur, eoque arguebat. Lucas Burgensis. Sinon voce, ac præsentia sua. Et Victor Antiochenus. Redit ad illos, quo ingentem eorum infirmitatem omnibus ob oculos ponat: siquidem semel reprehensi, & admoniti, adhuc in vigilia perstare, & à somno se continere non potuerunt. Ipsa Domini præsentia maxime eos urgebat, vt aliquid pro se, proque tam profunda dormitione, ex humana fragilitate proueniente, loquerentur; at illi, cum essent somno grauati, Ignorabant, quid responderent. Ad primum, quod docet Hugo, veniamus. Vade, non solum per scriptum corripe, quia, vt dicit Hieronymus, nescio, quid latentis energie vna vocis actus habet. In Cænaculo ait Christus Dominus Petro: Amen dico tibi, quia tu hodie in hac nocte, priusquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus. Marc. 14. num. 30. Cur pro signo sui peccati, vt ab illo reuocetur, Petro datur cantus galli? Cur potius ei non dicitur, in hac nocte, seu media nocte, vel in attrio Pontificis me es negaturus? Ad quid tantum galli vox? Vt Petrus à torpore, ac lapsu peccati euocaretur, ac excitaretur, vna vox illi destitatur: & nullas sanè efficacior stimulus; quamuis enim inde articulatus esset galli cantus, cum tamen vox, multam latentis energie habens vehementiam, ideo pro signo præ omnibus aliis Petro datur, vt à peccati barathro extrahatur. Vnde Victor Antiochenus ad citatum Marc. 14. ad illa verba: Statim gallus cantauit: sic loquitur: Petrus galli cannu admonitus, quasi à graui somno excitatur.

QUESTIO III.

Quare, cum corripis fratrem, mandat Dominus, vt sit inter te, & ipsum solum?

16. MAXIME commendat Dominus, vt correptio absque arbitrio fiat: Inter te, & ipsum solum, seu, vt alij legunt, solus cum solo. Nonnè increpatione publica efficacius nocens multatus inhiberetur; tunc enim fortius offensor publicati delicti pudore confunderetur, & plures alij eius flagitium præcauerent?

17. Respondet primò D. Ambrosius ad cap. 17. Luc. Plus enim proficit amica correptio, quam accusatio turbulenta, Illa pudorem incutit; hæc indignationem mouet. Seruetur potius, quod prodi metuat, qui monetur. Bonum quippe est vt amicum magis te, qui corripitur, credat, quam inimicum; facilius enim consiliis acquiescitur, quam iniuria succumbitur. Sic correptio secreta; plus enim proficit abscon

Marc. 14. Barrad. Præsentia veri sancti ini- quos arguit, & increpat. Burgens. Victor. Ant. Vox multum habet latentis energie. Marc. 14. Marc. 14. Vict. Anth. Ratio difficultatis. Ambros. Plus proficit secreta, quam publica correptio.